



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

Sect: 1. De virtute morali generali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

LIBER TERTIVS.

Continet Sectiones quinque.

SECTIO I.

De virtute Morali generatim.

Virtus hominis dicitur ea dispositio, qua
& ipse bonus, & propria eius operatio
bona efficitur: quemadmodū oculi vir-
tus est bona videndi acies, ideo oculus
dicitur bonus.

Virtutes aliæ sunt intellectuales (perficientes ho-
minem in cognitione veri, videlicet ars, sciētia, pru-
dentia, sapientia,) aliæ sunt mortales (perficientes
hominem in affectione ad bonum honestum, vide-
licet iustitia, fortitudo, temperantia, quæ magis pro-
priè virtutes: aliæ scilicet intellectuales solum dicun-
tur secundum quid, quia licet v.c. Rhetorica præ-
beat bene operandi facultatem, tamen non præstat
bonum operis vsum, id est, non inclinatur voluntatem
vt arte vtatur, siue secundum artem moraliter ope-
re ut.

NB. Secundum Aristotelem is qui sua sponte pec-
cat in arte excusationem meretur, non verò is qui
contra mortalem virtutem. Ratio; quia virtus mora-
lis ipsaque prudentia non solum facultatem bene o-
perandi præstat, sed rectificans rationalem appeti-
tum, eo ipso efficit, vt facultatem bene vtatur, siue se-
cundum virtutem operetur. Quare homo iniustus
v.c. magis etiam culpandus est, si data opera iniu-
riam inferat.

V 5

Virtus

3 Virtus moralis est habitus electivus secundum mediocritatem, quatenus prudens definitur.

HABITUS, id est, primæ speciei qualitas acquisita, inclinans potentiam constanter ad operandum. Nihil virtus non est naturalis potentia, quæ secunda species, quia naturæ virtutes sicut & artes non suscipiunt, sed idonei sumus ad suscipiendum. Nec virtus dici potest qualitas tertiæ speciei, videlicet mentis affectio aut motio, cuiusmodi est amor, timor: Non enim aliquis ob timorem, aut amorem, aut iram simpliciter laudatur, aut vituperatur, cum bene & male fieri possint, ob virtutem autem per se quisque est dignus laude.

4 ELECTIVUS: Quia loquimur de virtutibus in voluntate sitis, quibus homo assuefactus est ea eligere & agere, quæ convenientia iudicantur ad morum honestatem: quam veluti propositam suarum actionum metam, homo virtute præditus spectat. Ad quod intelligendum requiritur. 1. in omni virtute Synteresis. 2. Ut appetitus rationalis rectè affectus sit ad virtutis honestatem. 3. Mediocritas. Hinc

Virtus dicitur in medio consistere; vitia autem ad extrema tendant. V.C. qui facile omnia metuit, vultus & quando non oportet, nihilque aggredi audeat, timidus est: Qui autem quamvis aggredi audeat, quando non oportet, neminemque timet, is audax est; Ita quos medius est fortis vir, qui confidit & meretur, quando & ubi oportet; similiter qui omni voluptati indulget, intemperans; qui nullam admittit, agrestis. Temperans autem ab utroque declinans, medium tenet.

NB. Maior est vitiorum, quam virtutum multitudo: Ratio, quia à medio tanquam scopo aberrare

varia

variis modis contingit; rectè agere, mediumque attingere vno modo; quare illud quidem facile est, hoc autem difficile.

NB. Præterea positis his ad virtutem etiam requiri prudentiam (discretionem) quæ in singulis operationibus, spectatis omnibus circumstantiis mediocritatem honestatemq; definiat.

SECTIO II.

De prudentia, & vitiis ei oppositis.

Quatuor sunt Cardinales virtutes; Prudentia, 1
Fortitudo, Temperantia, Iustitia.

Prudentia est virtus intellectus; ideoque moralium actionum non elicitiva, sed directiva: dux & regina omnium moralium virtutum, sine qua nulla earum consistere potest, siquidem voluntas per se ipsam, quod honestum est, persequi non potest, nisi ratio ostendat; hæc autem ratio ostendens prudentia est. 2

Prudentiæ 3. sunt actus. 1. Bene consultare (opponitur inconsideratio) 2. Rectè iudicare, (opponitur inconstantia mentis) 3. Præcipere executionem, (opponitur negligentia.) 5

Prudentia alia est monastica, (qua quisque sibi 4
prospicit, quid in actionibus singulis decens & honestum sit.) Alia gubernativa (subdiuiditur in Oeconomicam & Civilem, hæc subdiuiditur in Architectonicam, seu principatum gerentem; & in Ministerialem, propria eorum, qui Rempublicam administrant.)

Iterum alia prudentia est perfecta ac simpliciter 5
dicta (quæ proposito vero sine totius vitæ humanæ delibe-

delibe-